



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 164. Concordiæ Pacta Regem inter & Aureliæ Dacem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.** statui nihil magis necessarium censebat, quam ut ipse Rex adversus Aurelianensem agmen duceret; certo enim habebat, fore, ut potissima copiarum pars a Duce deficeret, verita, ne adversus ipsum Regem dimicando, in apertae pugna duellionis crimen incideret: Igitur legi exercitus Bogentium cingit, priusquam Aurelianensi Ducis urbem momentis firmandi spaciū concederet.

### §. CLXIV.

*Concordiæ pæcta Regem inter  
Aureliæ Ducem.*

Dunensis Comes, cum Ducis copia Regis exercitu longe inferiores et cognosceret, facile prospexerat, rem a promptæ concordiæ necessitatē deducitam esse, ut saltem ultimæ ruinæ periculum evitaretur; quapropter Ducus actor fuit, ut quantocius fecialem ad Trimolum ablegaret, qui cum eo de pace ageret. Annuit Trimolius, unde ad illum Dunensis Comes mittebatur, quod Ducis nomine de concordiæ legibus preciseretur. Trimolius, qui id ab aula mandatis habebat, postulat, ut Aurelianensis omnes, quotquot eum secuti sunt, dimitteret, urbemque Bogentiacenensem Regi redderet; priusquam vero Rex haec pacta

facta rata haberet, duo adhuc alii addi- Sæcul XV.  
 ti fuere articuli, I. Dunensis Comes A.C. 1484,  
 trans Alpes relegateur, & Pedemontium  
 ad Astensem urbem abducatur, ibidem  
 custodiendus, donec a Rege revocaretur;  
 II. Aurelianensis ad hæreditariæ suæ por-  
 tionis Metropolim sese recipiat, suasque  
 copias armis exuat, atque eis ad sua re-  
 dire permittat.

Duræ admodum erant hæ conditio-  
 nes: nihilominus Aurelianensis Dux tem-  
 poris necessitati cedere compellebatur,  
 id quoque eidem suadebat Dunensis Co-  
 mes; hic enim, quamvis pro summo  
 imperio Aurelianensis animum modera-  
 retur, tantumque gratia apud eum vale-  
 ret, ut neuter ab alterius consortio sepa-  
 rari pateretur, nihilominus in præsentि  
 rerum vicissitudine, quod a Duce sejun-  
 geretur, obsequii loco habebat, ejusque  
 amore in exilium propelli vel maxime  
 sibi gloriosum fore reputabat. Quocir-  
 ca lætus Pedemontium proficiscitur:  
 Ceteri vero Principes in gratiam recepti *Belcar. in*  
 sunt omnes, sub certis tamen conditioni- *vita Aurel.*  
 bus, & quidem Borbonius Dux, atque *Ducis lib. 4.*  
 Engolisensis Comes, ut copias suas Sa-  
 cramento solverent; Alanus autem Al-  
 bretus, ut arma deponeret, jubebatur.